

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Georg Radow

**Oratio Dissertationi De Officio ICtorum Sacerdotali**

[Rostochii]: Richelius, [1683]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747242151>

Druck    Freier  Zugang



# ORATIO

Dissertationi DE OFFICIO JCTORUM  
SACERDOTALI,

â Præside præmissa,  
die IX. Maii Anno 1683.

In  
**AUDITORIO MAJORI.**

Laertius Lib. II.

Nuntianti, qvendam ipsum maledictis incessere, *Socrates*: Bene, *inquit*, loqvr non didicit. Alii dicenti, nonne tibi ille maledicit? Non, *inquit*, mihi enim ista non adsunt.

Et Seneca Epist. 81.

Minimum ex neqvitiâ, levissimumque ad alios redundat: qvod pessimum ex illâ est, & ut ita dicam, spississimum, domi remanet, & premit habentem, qvemadmodum Attalus noster dicere solebat: Malitia ipsa maximam partem veneni sui babit.

Prælo Richeliano.



# PAX VOBISCU M

Qui mihi ex animo, scio, favetis, beneq; cupitis,

VIRI

Plurimum Reverendi, Nobilissimi Consultissimi, Experientissimi, Prudentissimi,  
Amplissimi, Clariſſimi.

Dn. Collegæ, Fautores & Amici honoratissimi.

PAX VOBISCU M

etiam

Quime amatis,

Viri Juvenes, Studiosi Nobilissimi Præstantissimi, &  
qui præterea, ad ornandum honorificâ vestrâ præsentia hunc  
actum comparuistis, Titulis vestrî ornatisissimi,  
atq; mihi eō qvo par est affectu, colendi.

**A**c qvidem Suavissimâ piissimâq; potius,  
quam ullâ alia salutandi formula, compellandos vos esse  
credi, ex hâc novâ splendidissimâq; Cathedrâ, qvæ, præ-  
missâ nuper generali, eâq; solennissima Inauguratione, ex  
speciali omnium, qvibus Inclytam hanc Academiam orna-  
tam gaudemus, Quatuor Facultatum placito, atq; ve con-  
ventione, post Venerandum Reverendæ Facult. Theologici-  
æ non modo, sed & totius Academia Seniorem, Incom-  
parabilem illum, & non vobis saltim, sed orbi Christiano egregiè notum Pare-  
num, meum, uti ante 25. annos Praeceptorum, Ita nunc per 15. annos Colle-  
gam, Fautorem & Amicum integerrimum, atq; omni honoris & amoris cultu  
perpetuo prosequendum, mihi tanquam Collegii JCtorum Seniori, secundo  
loco, eo quidem fine concordanda fuit, uti splendidissimè, abs Nobiliss. Amplissq;  
hujus Urbis Senatu, Compatrono Academiæ munifico laudatissimoq;, restau-  
ratum hocce Auditorium, sincero etiam, atq; ve constantissimo S.S. Justitiæ cultui  
dedicarem. Quemadmodum enim hâc eadem formulâ, dulcissimus Servator  
noster, longè sibi charissimos discipulos suos Hierosolymis congregatos, nec  
qvid de resurrectione Optimi sui Magistri à mortuis, tutò firmiterq; sive cre-  
dendum, sive etiam sperandum, satis certos, sed quam maximè suspensos, & qvæ-  
vis alia fere metuentes, ipso glorioſiſſimæ resurrectionis sue, actiq; ex inimicis ge-  
neris humani aliàs insuperabilibus, amplissimi Triumphi die, in medio eorum  
consistens, ex improviso quidem, mirabiliter tamen exhilaravit, atq; ve refecit:  
Ita etiam insignis vester, plurimisq; iisq; certissimis, publicis qvoq; documen-  
tis testatus in me affectus, atq; ve benevolentia, me dubitare haud permittunt,  
qvin & vobis, Iuvavissima hâc, atq; ve votiva ex hoc Publico loco facta ad vos ver-  
ba fuerint per quam grata, accepta, audituq; jucundissima. Absui enim & Ego,  
non per biduum aut triduum, sed integras sex menses; non ex privatâ quadam  
meâ, sed Publicâ eâq; gravissimâ, neque vobis adeo ignorantâ causâ: ablegatus sc.  
abs Nobiliss. Ordinibus Provincialibus, Patronis meis reverenter colendis, ad  
Sereniss. Potentiss. Invictissimumq; LEOPOLDUM Imperatorem Roman. cui DE-  
us benignissimus victoram & qvævis desiderata gratioſiſſimè, precor, largiatur!  
Sed reversus tamen per DEI gratiâ sum, salvus & in columis, præter spem omnino  
omnem & expectationem, si non vestram, Auditores Optimi, amicissimiq;, vel  
majors

majoris Civitatis & que ac Provinciae partis; Hostium tamen atque Inimicorum  
meorum, qui me, si non naturaliter, civiliter tamen ad minimum mortuum, &  
ob nescio quae turpia, mihi vero, teste Conscientia, quanto muro atque propu-  
gnaculo! per DEI gratiam hactenus incognita; ipsis autem, juxta Germanorum  
illud: Es suchet niemand einen Schalz hinter dem Ofen/ er sen den zu-  
vor selbst dahinter gewesen; sine omni dubio, perquam familiarissima facinora,  
nunquam redditum; Quin potius, facti Conscientia ductum, religionem  
jam mutasse, & per hoc ad aliud quoddam, ceteroquin satis illustre, & re-  
bus in eodem statu manentibus, forte non contemendum & recusandum  
officium adspirasse, horrendo turpissimoq; mendacio, quod servile vitium  
est, nec ab ingenuo quodam homine expectandum, non in symposiis saltim  
suis, sed & alibi; arreptâ perperam & minus opportunè quâvis occasione,  
affirmare non erubuerunt. Imo nec reversus saltim, sed & ab omnibus  
bonis honorificè exceptus, quin & à Venerandis Rebus di Concilii Patribus, publico  
Academici Magistratus muneri, officioq; admotus, nec non ad expediendum hunc  
actum solemnum, ab Amplissimo ordine meo destinatus, ipso facto turpissimos  
illos mendaces, calumniatores ac delatores meos, cum nequissimis suis, quos  
optimè novi, Appendicibus & emissariis, vobis omnino latabundis atque ap-  
plaudentibus, in ruborem dedi, atque, DEO sit gratia! Triumphò hodie duxi:  
cum teste Cicerone in Philipp. 14. is demum sit verus ac justus Triumphus, cum  
benè de Republ. meritis, testimonium à Consensu Civitatis datur. Neque  
verò in hac ipsa, quam intendo, Novi hujus Auditorii Majoris dedicatione, ipsa  
dulcissimâ, sanctissimâque pace sanctius quid, atque salutare magis, ab ineffabili  
immortalis DEI benignitate, optare vovere que potui; cum certum atque indu-  
bitatum omnino sit, hanc illam ipsam esse omnium bonarum artium decoram  
matrem, quæ mortalium genus reparabili successione multiplicans, facultates  
protendit, moresque excolit, ut tantarum rerum ignarus agnoscatur, qui eam,  
minime quæsse sentitur, teste Theodorico Rege, apud Cassiodorum, lib. i. va-  
riar. i. Quod agnoscere videtur Aristophanes, pacem perpetuam atque Solidam  
ita precatus:

O Veneranda, O Regina DEA,  
Reverenda O Pax, que Domina  
Chorus facis & nuptias,  
Accipe nostra hac sacra libamina:  
Accipe pretiosissima per Jovem  
Accipe, nec fac quod facere solent,  
dum mœchantur femine adultera,  
Quæ reclusis paulum foribus,  
Vix se ostendunt dispicientes,  
Si quis ad ipsas studiosè venis,  
Regrediuntur.  
Qui si abscesserit, iterum intervident:  
Tu nihil in nos fac DEA ejusmodi;  
Quin potius repandas totam  
Prout addecer ingenuas.  
Solve bella, acresque tumultus  
Te belliuam (λυσμέχη) ut vocet omnis.

Et

Et cum illa demum pax, qvæ adnexam justitiam habet, divina qvædam res sit; si autem altera sine alterâ sit, virtutis pulchritudinem labefactet; nam & prædonibus inter se, & lupis pax est, illis nimis in hominum perniciem, his autem in ovium exitium; ut pacem, hanc minimè appellari, qvæ justitiâ minimè exornata est, juxta Isod. Pelusiot. 3. Ep. 246. quo cum convenit Cicero quoque, quando in philippicâ 2. circa fin. & nomen pacis, inquit, dulce est, & ipsa res salutaris; Sed inter pacem & servitutem plurimum interest: Pax enim est tranquilla libertas; servitus, malorum omnium postremum, non modo bello, sed morte etiam repellanda. Proinde cum Regio Psalte, ex intimis cordis mei penetralibus, insuper voveo, precorq;: uti justitia & pax ubiq; atque adeo in orbe Christiano, Sacro cum primis Imperio nostro Romano, in Provinciâ quoque hac, & Academiâ, & urbe nostrâ, se invicem perpetuâ suavissimè osculentur! Ceterum quodad dissertationis hujus solennis, & quasi inauguralis argumentum attinet, non eqvidem opus esse crediderim, ut idipsum vobis vel pluribus commendem, vel quomodo præsenti solennitati conveniat demonstrare, cum eo fine abs Nobiliss. Ampliss. Senatu Compatrono laudatissimo, Splendidissimè restauratum hoc auditorium esse sciamus, ut in Omnipotentis sanctissimiq; DEI gloriam, æquè ac in Ecclesiæ Reipublicæq; Christianæ insigne commodum & emolumentum, studiosa Juventus in bonis literis, pietate, & Juris studio, eâ quâ decet fide & industria erudiatur; notum verò proh dolor! sit, quod sicuti in genere, literarum studia, non ob virtutis amorem, sed ut in malitiâ callidiores, & in adulando cautiiores fiant, à quamplurimis coluntur; ita etiam Excellentissima Jurisprudentia, quæ modo ars æqui & boni, modo rerum divinarum & humanarum notitia, & justi atque injusti scientia, vera denique, non simulata Philosophia dicitur, in qua ut plurimum habeatur, eoq; fine pessimè, & contra intentionem Legislatoris sacratissimi, famosus ille novellæ primæ textus: Leges neque in paupertate vivere, neque mori in anxietate permittunt, allegetur: In primâ igitur in Auditorio hocce Novo, utinam feliciter & ex voto! dissertatione Juridicâ habendâ, brevibus demonstrare in animum meum induxi, quis tandem sit verus Jurisprudentiaz usus, & in quoniam potissimum consistat verum veri & non simulati Jcti officium?


Uti autem hoc æque, ac futuri labores omnes, in renovato hoc Auditorio abs me, aliisq; Excallentissimis Dnis Collegis, per DEI gratiam subeundi, feliciter succedant, **TE Omnipotens & Æterne DEUS**, Submissè veneramur precamurq; ut nobis spiritu Tuo S. adesse semper velis, qui nobis det animam, ad docendum & discernendum inter bonum & malum, verum & simulatum, intelligentem, Beati ut prædicari possimus, Justitiam quod enarreremus auri audienti.

**FIAT! O FIAT!**



majoris Civitatis æque ac Provinciæ partis; Hostium tamen atque Inimicorum  
 meorum, qui me, si non naturaliter, civiliter tamen ad minimum mortuum, &  
 ob nescio quæ turpia, mihi vero, teste Conscientia, quanto muro atque propu-  
 gnaculo! per DEI gratiam hactenus incognita; ipsis autem, juxta Germanorum  
 illud: Es suchet niemand einen Schalz hinter dem Ofen/ er sei den zus-  
 vor selbst dahinter gewesen; sine omni dubio, per quam familiarissima facinora,  
 nunquam redditum; Quin potius, facti Conscientiæ ductum, religionem  
 jam mutasse, & per hoc ad aliud quoddam, cœteroquin satis Illustrer, & re-  
 bus in eodem statu manentibus, forte non contempnendum & recusandum  
 officium adspirasse, horrendo turpissimoq; mendacio, quod servile vitium  
 est, nec ab ingenuo quodam homine expectandum, non in symposiis saltim  
 suis, sed & alibi; arreptâ perperam & minus opportunè quâvis occasione,  
 affirmare non erubuerunt. Imo nec reversus saltim, sed & ab omnibus  
 bonis honorifice exceptus, quin & à Venerandis Rebus di Concilii Patribus, publico  
 Academici Magistratus muneri, officioq; admotus, nec non ad expediendum hunc  
 actum solennem, ab Amplissimo ordine meo destinatus, ipso facto turpissimos  
 illos mendaces, calumniatores ac delatores meos, cum ne  
 optimè novi, Appendicibus & emissariis, vobis omnino  
 plaudentibus, in ruborem dedi, atque, DEO sit gratia! Tr  
 cum teste Cicerone in Philipp. 14. is demum sit verus ac just  
 benè de Republ. meritis, testimonium à Consensu Civit  
 verò in hac ipsâ, quam intendo, Novi hujus Auditorii Major  
 dulcissimâ, sanctissimâque pace sanctius quid, atque salutare  
 immortalis DEI benignitate, optare vovere que potui; cum  
 bitatum omnino sit, hanc illam ipsam esse omnium bonar  
 matrem, quæ mortalium genus reparabili successione mu  
 protendit, moresque excolit, ut tantarum rerum ignarus a  
 minimè quæsiſſe sentitur, teste Theodorico Rege, apud Ca  
 riari. i. Qvod agnovisse videtur Aristophanes, pacem perpe  
 tra precatus:

O Veneranda, O Regina DEI,  
 Reverenda O Pax, que Domina  
 Chorus facis & nuptias,  
 Accipe nostra hec sacra libamina:  
 Accipe pretiosissima per Jovem  
 Accipe, nec fac quod facere solent,  
 dum mæchantur feminæ adultera,  
 Quæ reclusis paulum foribus,  
 Vix se ostendunt dispicientes,  
 Si quis ad ipsas studiose venit,  
 Regrediuntur.  
 Qui si abscesserit, iterum intervident:  
 Tu nihil in nos fac DEA ejusmodi;  
 Quin potius te pandas toram  
 Prout addecer ingenuas.  
 Solve bella, acresque tumultus  
 Te belliuam (λυτράχην) ut vocet omnis.



Et